



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi  
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &  
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ  
propriarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Qvintum

**González Téllez, Emanuel**

**Francofurti Ad Moenum, 1690**

Capvt XXIV. a Clemens III.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74544](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74544)

NOTÆ.

*sur. dist. ut 22. sect. 2. num. 12. Sayrus eod. tract. in lib. 3. cap. 29. num. 4. Barbola de potest. Episcop. alleg. 50. num. 90. Bonacina de censur. disput. 2. quest. 3. punct. 12. Castro Palao disput. 3. punct. 24. num. 10. Gibalin. de censuris, in synopsi, verbo Immanitas, num. 6. qui etiam docent in presenti casu ad incurrendam excommunicationem, necessariam esse utramque actionem, videlicet Ecclesiæ effractionem, & spoliationem, quia Pontifex in presenti copulativè utitur: nec etiam hanc censuram esse reservatam nisi post denunciationem specialem ipsius excommunicati. Et hoc casu specialiter contingit, ut qui aliquem excommunicatum denuntiavit, non possit eum absolovere.*

1. a **Clemens III.** ] Ita legitur in secunda collectione, *sub hoc tit. cap. 11.* nullibi tamen exprimitur cui rescribat Pontifex.
- b **Reginen.** ] De Reginesi, seu Regiensi Ecclesia nonnulla adduxi *in cap. 22. de offic. delegati.*
- c **Denunciatis.** ] Consonat textus *in cap. canonica 11. quest. 3. cap. omnes, cap. quisquis 17. quest. 4.* in quibus omnibus iuribus non contineri excommunicationem latam, sed à iudice ferendam, docuerunt Azor *part. 1. instit. lib. 9. cap. 17. quest. 12.* Toletus *lib. 1. summa, cap. 35. num. 6.* Suarez *de cen-*

CAPUT XXIII.

a Clemens III.

**P**erpendimus ex literis tuis, quod quidam sacerdos tuæ diocesis, pro eo, quod se filium Regis nominare præsumpsit, & armis acceptis seditionem fecit, & guerram, à dilecto filio H. Comite per vicos iustus est fustigari, qui postea ejus mandato traditus patibulo exspiravit. Quia igitur tam ipsum Comitem, quam alios hujus facti participes velle super hoc satisfacere intimasti, presenti pagina duximus respondendum, quod si memoratus sacerdos tali modo excessit, & arma ferens, non propulsando injuriam, sed eam inferendo fuit occisus, non videtur nobis quod interfectores ejusdem propter hoc ad obtinendam absolutionem Ap. Sed. adire cogantur: tu verò, qui merita personarum bene nosti, eis penitentiam competentem injungas.

NOTÆ.

*runt Balboa in cap. 2. de iudiciis, num. 131. Anguinus lib. 2. de legibus, controvers. 15. Barbola tom. 6. in select. ad hunc textum, Saulay in Panopl. cleric. 2. part. lib. 7. cap. 2. Fachineus lib. 9. controu. cap. 23. Martha de jurisd. 4. part. casu 13. sed veram interpretationem hujus textus dedi in cap. clericis, de iudiciis, cap. 1. de apostatis.*

1. a **Clemens III.** ] Ita legitur in secunda collectione, *sub hoc tit. cap. 12.* & difficultatem hujus textus, quomodo videlicet iudex secularis possit punire clericum seditiosum, nulla præcedente degradatione, variis modis explica-

CAPUT XXIV.

a Clemens III.

**U**niversitatis vestræ consultationem accepimus, quæ à nobis requiritis, utrum ille laicus inciderit in excommunicationis edictum, qui ad iussionem Abbatis, in cuius servitio commoratur, in clericum, aut monachum, aut conversum manus temerarias præsumit injicere, maxime ubi causa non subest, propter quam debent verberari. Nobis autem videtur, quod nisi causam regularis disciplina hoc faciat Abbas in propria persona, vel ubi eum necessitas urget, per clericum, aut monachum fieri jubeat; tam qui tales verberare præcipit, quam illi, qui verberant; etiamsi causa subesset, excommunicationis sententiam, donec ad Ap. Sed. veniant, nequaquam evadant.

NOTÆ.

*subesset, moderatè his utendum erat, cap. in Archiepiscopatu de raptoribus; de qua verberum poena plura adduxi in cap. 1. de calumn.*

1. a **Clemens III.** Ita etiam legitur in secunda collectione, *sub hoc tit. cap. 13.* etsi nullibi exprimitur, cui Prælato rescribat Pontifex.
2. b **Verberari.** ] Immo etsi justa causa verberum

c **Disciplina.** ] Correctionis videlicet, quam Prælati impunè in subditos adhibere valet, juxta tradita *in cap. 1. hoc titulo.*